



1638.

1. Decker, Fridericus : De legitima liberorum.
2. Rehan, Johannes : De necessaria defensione
3. Schill, Johannes Henricus : De juri cademialis
praescriptione
4. Taber, Johannes Otto : Specimen vindictiarum Coroll.
narum sive sententia Constitutionis Carolinae
de judiciis publicis Tit. 178.

1639.

1. Burger, David : De usurpato palae seu bipedii quod
vocat jure, sive de meliorationibus colons.
cum simplicium.
2. Lindener, Johannes : De pactis dotalibus
3. Rehan, Johannes : Hypothecis et summaria
delinatio quaestioneis, quae uxor mercatrix
sive et proprie dicatur, 2 Inopl. 1639 & 1717
4. Taber, Johannes Otto : De septenario testam. testam. ut
viorum numero.

1639

5. Tabor, Johann Otto: De mora.

1640

1. Mechtoldus, Johann: De nominatiōe

2. Milstein, Justus: De ignorantia juris.

3. Boedlerus, Jo. Maricus: De factis litterariis nostris tum
p~~ri~~is p~~ri~~is. Accenit censura programmatica Argentor
ensis (7. Dec. a. c. 1663 editi).

4. Eisenmenger, Joh. Hippolytus: De bonis paraphernaliibus

5. Eyselius, Laurentius: De arbitris

6. Gressnerus, Johann Philippus: De testamento imperfecto
inter Liberos

7. Tabor, Johann Otto: De suffragatorum opera et remunera
tione vulgo dict. Affectiongelt.

8. Tabor, Joh. Otto: Feudalium consuetudinum proposit.

9. Tabor, Joh. Otto: De jurjurando. Disp. I.

10. Tabor, Joh. Otto: Analysis l. un. C. ubi de possessione
agi oporteat.

1641.

1. Meckius Laurentius: Disputatio juris ... ad C. 12 C.
ad l. Cornel. de fals.
2. Bicerius, Gregorius: Commentationis ad locum juris
in l. possideri 3 § ex contrario 5 ff. de acqui vel amitt. posses.
part II. ~~capitulum I.~~
3. Brieschen, Johannes: De constituto.
4. Gants, Paulus: De pactis adjectis.
5. Heus, Emericus: De testamentis implicitis.
6. Lohringhausen, Philippus Erhardus: De jure
vectigalium.
7. Otto, Fredericus: De remissione in possessio-
nem ex testamento secundum l. act. C. de
evict. D. Hadrotoll.
8. Rebhan, Johannes: De protestationibus.
9. Wild, Johannes Brunhardus: De interventione

1642.

1. Agricola, Johannes Jacobus: Discursus ... ca 1156.
lib 4. Inst. Imp. Justiniani de actionibus

1642.

2. Biceius, Gregorius: Commentationis et lucum
juris famositissimum. - - in l. possidendi 3 §
ex contrario 5 ff. de acquir. vel amittend. p.ner.
partis II membrum 2.
3. Gulcher, Johannes Gregorius: De reconvictione
4. Rorobcher, Henricus: De eo, quod interest
5. Schoener, Justus Fredericus: De unione prolium
6. Schwarzhert, Gregorius: De jure accrescendi
7. Hueter, Johannes: De constitutione et acquisitione
fundi et inde competentis jure
8. Taber, Joh. Otto: Benedictorum sive quaestionum
publice tractatarum sylloge I
9. Taber, Johannes Otto: Selectarum juris quaestionum
ad facilitorem paratitorum Werumbecis intellectus
directarum disputatio XII. ad lib. 3. tit. 3. n. 4. de per-
sonis, quae procuratores constituere possunt

1642.

10. Tabor, Johannes Otto: Selectarum juris quaestionum
ad faciliorem paratitlorum Wesembecii intellectum
directarum disputatio XI et lib 3. tit. 3 §§ priores.


De procuratoribus.

11. Tabor, Johannes Otto: Selectarum juris quaestionum
ad faciliorem paratitlorum Wesembecii intellectum
directarum disputatio XIII et lib. 3 tit. 3 n 4.


de personis, quae procuratores dari possunt.

12. Tabor, Joh. Otto: De jure societae occasione l. de
pascenda § C. de pactis.









DISPUTATION

ELEGITIMAE

LIBER

FRIDERICI

Deo Optimo Maximo

DECRETUM AUTH

Nobilissimi & Amplissimi

torum Ordinis in

gentorstenburgi

Pro summis in utroque

ribus, privilegiis & immunitatibus

DOCTORALIBUS

FRIDERICI

FRIDERICU

Bononiensis


ad hunc

typis

Typis J. G.

ANNO





Quod Deus benè vertat!
DISPUTATIO INAUGURALIS,
DE

LEGITIMA
LIBERORUM,

QUAM
PRÆSIDE

1638/1

Deo Optimo Maximo,

DÉCRETO & AUTHORITY,

Nobilissimi & Amplissimi JURISCONSUL-
TORUM Ordinis, in celeberrimâ Ar-
gentoratenſium Univerſitate,

Pro ſummis in utroque jure conſequendis Hono-
ribus, privilegiis & immunitatibus
DOCTORALIBUS,

Publico examini SOLENNITER
ſubmittit

FRIDERICUS Deekherr/
Bipontino-Palatinus.

*Ad diem 20. menſis Septembris,
hora locoꝝ conſuetis.*

ARGENTORATI.
Typis JOHANNIS REPLI.

ANNO M. DC. XXXVIII.

X





SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO
COMITI PALATINO AD RHE-
num, Duci Bavariæ, Juliæ, Cliviæ &
montium: Comiti in Veldentz & Span-
heim / nec non Marcæ, Ravenspurgique
Domino in Ravenstein.

Domino suo Clementissimo,

Hasce theses inaugurales
offert & dicat humilimè

devotissimus

FRIDERICUS Deeffhers
Bipontino-Palatinus.



In nomine Domini nostri Jesu Christi
ad omnes actus progredimur,
fit itaque

DISPUTATIONIS
INAUGURALIS
DE
LEGITIMA LIBE-
RORUM.
THESIS I.



Bi, ut eò feliciorum faciamus aditum, ad ipsius tracta-
tionem, nec statim ab initio, in errores delabamur, le-
gitimæ vox ab *Homonymia* erit vindicanda: sumitur
itaq; vel *Adjective*, & significat quicquid principaliter
lege constitutum ac definitum est, ut *legitima heredi-
tas, actio, uxor, tutela, cognatio, usura, etas, quantitas.*

*Homony-
mia.*

II.

Vel *Substantive*, & tum ut *Dd. loqui amant*, vel *Generaliter* ac-
cipitur & significat quamcunque portionem, quæ ex hereditate
defuncti, lege exigente, debetur & v. c. denotat *Falcidiam, Trebelliani-
cam* & *legitimam in specie dictam*, imò & totam illam hereditatis portio-
nem quam quis ab intestato capit. Quapropter hujus respectu, legi-
tima alia erit *jure natura*, quo est totus as, seu tota successio jure na-
turæ debita, de qua in hac th. *alia jure civili*, cum enim hæc naturæ
lex dura ei videbatur, propter repugnantem juris civilis regulam,
secundum quam libera debet esse ingenuo rerum suarum admini-
stratio



ratio, hinc moderati sunt hoc legumlatores, & disposuerunt, ut certum quid testatores liberis relinquunt, de cetero pro libitu disponant.

III.

Vel specialiter, pro portione certâ bonorum, debitâ certis tantum personis, quibus lex eam assignat necessariò relinquendam, & ratione personarum detrahentium est. parentum, liberorum, &c: Hac vice, pro instituti ratione, de liberorum legitimâ tantum erit inquirendum.

IV.

Synonymia.

Synonymiam quod attinet, vocatur legitima, falcidia, debitum, portio, quarta, tertia, triens, semis, portio successionis ab intestato, portio legitima, portio substantiæ, debitum emolumentum, debitum bonorum subsidium, debita portio, debitum naturale, pars sua, pars legitima, quarta bonorum, quarta naturæ, in vernacula, Das gebührende natürliche Antheil oder Pflichtheil der Kinder.

V.

descriptio. Hanc legitimam describo, portionem bonorum, quæ lege exigente, necessariò debetur liberis, ex bonis defunctorum parentum, sine onere, quocunque modo imposito.

VI.

Vnde debetur.

Dico, portionem bonorum) secundum communem Dd. opinionem, quod bona intelligantur ea quæ deducto ære alieno supersunt, & illi etiam expressi juris textus suffragentur, quâvis hodiè ad minimum aliquid titulo Institutionis sit relinquendum, quod deinde ad debitæ quantitatis portionem suppletur. Hinc plenius ex Bartolo distinguendum puto, quod legitima, ratione rei seu materia, bonorum censeatur portio, adeo ut filius in ea heres institutus, pro illa ipsa parte oneribus hereditariis non implicetur ut heres, sed loco legatarii aut creditoris habeatur. Respectu verò eorum quæ extrinseca sunt & extrinsecus veniunt, non inconcinnè hereditatis portio dici possit, ut ita legitimam accipiens censeatur heres, v. c. quoad titulum Institutionis, jus accrescendi, hereditatis petitionem, aliosq; Effectus, quos Bartolus & Iason recensent. Hinc ab eodem Bartolo mixta dicitur, & quasi tertia species, partim jure hereditatis.

05
eis; partim jure bonorum censenda. Imprimis autem animadvertendum hoc loco legitimam describi materialiter non formaliter, hoc enim sensu est jus competens in bonis defuncti, cum ob eam actio competat ex jure in re vel ad rem quod lege introducit, quemadmodum in simili quoque vocabula, hereditatis, pignoris, depositi, mutui, dotis, utraque hac nozione in jure usurpantur.

VII.

Dico lege exigente) siquidem hoc legis debitum est, unde & legitima dicitur, non hominis, debetur enim legis & autoritate & dispositione velit nolit homo.

VIII.

Q.
Dico debetur.) An itaque debitum erit cum expresse ita vocetur? distinguo cum *Wesembecio* æs alienum proprie & simpliciter non appellari, quoniam hoc ante legitimam deducitur, & is qui eam amittit non damnum facere, sed lucrum amittere censetur: secundum quid tamen æs alienum & debitum dici posse, respectu scilicet bonorum quæ deducto ære alieno supersunt: nam ex iis legitima tanquam æs alienum debetur, sic ut legatis & aliis lucris hereditariis præferatur, & ante ea deducatur, & idcirco libera debeat, erit itaque non hereditatis sed bonorum debitum.

IX.

Dico liberis) si scilicet ab intestato succedere possunt, modo Cui debentur illegitimè exhereditatis querela competit in officiosi testamenti, atque legitimis & naturalibus simul, sive sint sui sive emancipati, legitimatis, cum sint sui heredes, filii & filiiabus, etiam postumis, nepotibus, modo sint gradu proximi, ut nemo eos antecedit, eosque excludat, Legitimis tantum seu adoptivis, si ab ascendente sint adoptati, sin ab extraneo sint adoptati accipiunt legitimam ex bonis patris naturalis, arrogatis, modo hic arrogatio sibi adoptio duret, spuriiis, & naturalibus tantum respectu matris, nisi mater sit illustris, & legitimos habeat, & similibus.

X.

Contra non competit jus legitimæ petendæ, iis liberis, qui Cui non ab intestato non sunt successuri, qualis est repudians, modo id fiat debeat, mortuo jam patre, deportatus, qui in vita patris legitimam accepit, filia ob acceptam dotem statuto exclusa, qua in re praxis attendenda,

A. 3,

exhe-

exheredatus, cum pro mortuo habeatur juris fictione, tempore exclusus, si juramento quis renunciaverit, idq; iure Canonico non civili, hæreticus, Bannitus banho Imperiali, Welche in des H. Römischen Reichs Acht vnd Bann gethan/die an Leib vnd Gut aller männiglich erlaubt seind / vnd niemand daran freveln oder verhandlen kan incestuosus, nepos vivente filio patre qui eum excludit. Item nec is ad petitionem legitimæ admittitur, qui impunè in testamento potest præteriri, ut adoptatus ab ascendente à patre naturali, adoptatus ab extraneo, arrogatus & adoptatus emancipatus, naturales tantum à patre (quamvis enim hi alendi sint, & legitima in locum alimentorum succedere dicatur, tamen succedit ea in locum alimentorum non quorumcunq; liberorum, sed tantum legitimorum & naturalium simul, & proinde non ubiq; procedit argumentum ab alimentis ad legitimam affirmativè) & similes.

X I.

Quando
debeatur.

Dico ex bonis defunctorum) defunctum enim esse eum, ex cuius hereditate, seu bonis in hereditate relictis, legitima est deducenda, oportet, sicut enim viventis nulla est hereditas, & consequenter nulla bona hereditaria, unde legitima desumenda, hinc non entis nulla quoque erunt accidentia, & cum legitima mortis demum debeatur tempore, sequitur ad eam assignandam patrem cogi non posse, licet eam sponte possit distribuere.

X II.

Quis de-
beat.

Quis non
debeat.

Dico parentum) ut utrumque & patrem & matrem demonstrarem, quemadmodum enim supra nomine liberorum, intellectos volo omnes in linea descendente, gradu proximos utriusq; sexus, ita & hic intelligo nomine parentum, omnes utriusq; sexus in linea ascendente proximos, excipio tamen militem, criminis læsæ Majestatis reum, justè exheredantem, patrem naturalem tantum, adoptivum extraneum, legitimum tantum qui emancipavit, & similes, quibus vel ab intestato non succeditur, vel in testamento instituendi vel prætereundi aliquem libera potestas concessa est.

X III.

Quomo-
do debeat-
ur.

Dico sine onere) quod communi Dd. probatur sententia concordantibus juris textibus; onere autem appposito, cessat quidem

dem hodiè querela inofficiosa, *quamvis secus erat jure antiquo*, sed illud ipso jure rejicitur, & pro non adjecto habetur, idque testamenti favore. An autem usufructu gravari possit? Nego, in praxi tamen receptum video, valere etiam omnium bonorum usufructum uxori relictum, sub injuncto onere alendi liberos.

XIV.

Dico quocumque modo imposito, sive testamento, sive ab intestato, sive distributione inter liberos, sive conditione sive dilatione, sive alia quacumque dispositione, usufructus impositione, sive legato, fideicomisso, substitutione, sive alio aliquo titulo liberis oneroso, etiam inter vivos, idq; ideo, quia eam accipit filius ut res alienum bonorum, & ex legis dispositione.

XV.

Namque legitima, de qua hic nobis sermo, introducta est jure civili. An lege Glitia? An lege Falcidia? An Constitutione Divi Marci? non profus liquet, probantur enim opiniones singulae per probabilia, quibus obiiciuntur rationes aequae probabiles. Ego, motus auctoritate magnorum Jurisconsultorum, verius puto, veterem illam legem quae quartam hanc introduxit incertam esse, & sufficere, si dicamus, istam quantitatem deberi jure civili, ita tamen ut ratio obligandi à natura dependeat. *vel clarius* jus naturae monet ac vult, ut bona quae mortis tempore quis habet, relinquatur liberis, nec ullam de finivit taxationem, eoque sensu, legitima ratione originis potest dici naturalis, sed ratione modi taxationis, coactionis, nominis, est juris civilis: *Summa eò redit*, quod naturalis ratio suavit, id jus civile certam quantitatem taxavit.

XVI.

Ex his sequitur legitimam statuto posse minui, *cum ejus taxatio ac auctio jure civili inventa sit*, non in totum tolli, *cum jura naturalia totaliter mutari non possint*, & jus civile neq; in totum à jure naturali recedat, neq; in totum ei serviat, nisi ex causa singulari, puta ex heredatione. &c. arridet itaque distinctio Gailii, cum Imperialis Camerae praedictis munita sit, quae in re dubia attendenda. An autem non confecto inventario amittatur legitima? iterum multis nodis involuta est quaestio, Neganti Gailio, Respondet C.J.A. Ego in re dubia

Dubia rerum sæpè judicatorum auctoritatem inspiciendam arbi-
tror.

XVII.

Quam in
bonis de-
functi cē-
seantur.

Q.

Inquirendum porrò cum à bonis defuncti legitima deduca-
tur, I. *Quanam in bonis defuncti censeantur, ita ut ab iis legitima de-
trahatur?* Respondeo, inspicere generaliter bona, quæ defunctus ha-
buit tempore mortis, (mortem autem intelligo naturalem: quid si ca-
pite minuatur ut ejus ex bonis legitima debetur? eo casu cū testamentum
fiat irritum, & hinc omnis ejus pereat dispositio, qua gravamen inicitur,
& liberi plerunque universam capiant hereditatem, vix est ut hoc casu le-
gitima oriatur questio) deducto ære alieno & libertatibus, item le-
gatis, quæ æris alieni loco relicta sunt, ut dos uxori, debitum credito-
ri. &c. Censeantur porrò in bonis pleræque res à quibus Falcidia de-
ducitur, ut res legato, Fideicommissio, aut mortis causa donatione
relicta, vel quocunq; modo per ultimã dispositionem, vel etiã titulo
liberis oneroso intervivos gravata, & similia. Sicut autem acces-
sio vel decessio, quæ in vita patris contingit, nihil ad legitimam fa-
cit, nisi inofficiosa dos aut donatio, ita hereditate post mortem aucta
legitima non augetur, nec diminutione minuitur. Cujus enim est
emolumentum auctæ hereditatis, ut hu heredis, ejus etiam erit da-
mnum diminutionis.

XVIII.

An ex sin-
gulis cor-
poribus
deducen-
da.

Cum verò legitima ex omnibus defuncti bonis deducatur,
quæritur II. *An ex singulis corporibus deducenda, & cujus in voluntate
consistat deductio?* In hac spinosissimã quæstione diversa sunt opi-
niones. Quidam, si pater non assignaverit, electionem tribuunt
filio, quidam heredi, quidam arbitrio judicis id committunt. Vi-
debatur enim electio danda petenti filio, cui tanquam actori inter-
dum jus datur eligendi: Contra videbatur danda debitori, cum in
deductione quartæ heredis sit electio, quam velit præstare: Cum
autem facillè accidat, ut filius & heres in electione vix conveniãt,
cum alter optimam petere, alter pessimam obtrudere velit, ideo alii id ju-
dicis arbitrio committendum esse censent. Pro conciliandis itaq;
his opinionibus dico (1.) patrem posse legitimam filijs assignare,
modo non grave eam, sed æqualitatem servet: quod si non assi-
gnaverit (2.) stricto jure deduci legitimam ex singulis rebus, *dedis.*

CITAT

87.

icitur enim ex patrimonio quod ex rebus singularibus constat, (3.) non tamen esse in arbitrio filij à rebus singulis deducere, si heredis interest non fieri omnium rerum divisionem, neque pendere ex filij voluntate, ut legitimam ex singulis rebus invito herede decerpatur, sed æstimationem vel rem æstimatam acceptare teneri. (4.) Vicissim, invito filio, nec heres potest obtrudere cujuslibet rei partem, si filius prætendat interesse propter incommodam divisionem, sed æstimationem vel rem æstimatam præstare compellitur. (5.) Dissidentibus verò filio & herede, judicis erit officium se, petente parte, interponere & judicare ita, ut neutra pars prægravetur, simulque disponere, ut filius & heres consentiant, & sequi vestigia paternæ voluntatis non dedignentur.

XIX.

19. Videndum III. *Quanam imputentur filio in legitimam?* quæ in parte sequor regulam à C. J. A. positam, scilicet omnia ea quæ ex defuncti substantia & ejus judicio percipiuntur, imputari regulariter, (*modo aliquid titulo institutionis accipiat filius*) siue ea capiantur ex testamento, siue ex alia quacunque ultima voluntate, quocunque titulo Institutionis, legati, fideicommissi, aut donationis mortis causa. An etiam ea quæ conditionis implendæ causa capiuntur? si accipiuntur jure hereditario, affirmo, si minus, nego. Item quod percipitur ex alia causa ex substantia defuncti, extra dispositionem ultimæ voluntatis, non tamen donandi animo, ut peculium profectitium, dos & donatio propter nuptias, imò & inter vivos donatio, si id specialiter dictum sit. Item secundum quosdam Feudum merè hereditarium, quod cujusque loci consuetudini relinquo: huc pertinent & militia quæ ad heredes transmittitur, Trebellianica, idq; jure civili non Canonico, & similia.

XX.

E diverso, quod IV. est, *non imputantur*, quæ extra substantiam patris aut alieno judicio percipiuntur, ut adventitia, quæ filius ex substitutione per jus accrescendi, aut conditionis implendæ causa capit. Itè fideicommissum patri hac lege datū ut filio restituat, fructus post mortem patris percepti, feudū ex pacto & providentia, ea quæ inter vivos filio donata sunt, aut donata cõmuniter

B.

cen-

cenſentur, quales ſunt ſumptus ſtudiorum, Doct̄oratus, Licentiatus, Ma-
giſterij, nuptiarum, libri filio ſtudiorum cauſa empti, idque ex recepta
Dd. opinione, niſi pater voluerit ut imputentur, quæ vero probabili-
ter donata non ſunt, ea imputari verius eſt, ut dos, donatio propter
nuptias, &c. de quibus th. precedente.

XXI.

Quantitas
legitimæ.

Q.

Quod ad quantitatem legitimæ attinet, de qua V. diſpiciens-
dum ea olim indiſtinctè erat quarta, hodiè poſt Novellam 18. qua-
tuor aut paucioribus datur triens, quinque aut pluribus ſemis, De-
curionum liberis doct̄ans, quartam etiamnum hodiè detrahi à
Feudis quibusdam ex authoritate Baldi & Saliceti probat Weſem-
becius. Sed quænam nepotum erit legitima? Diſtinguentis Weſem-
becii minimè mihi diſplicet opinio, aut enim extant quinque aut
plures nepotes ex unico filio, & erit ſemis, aut ex pluribus, & ut in
ſucceſſione ab inteſtato ſuccedent in ſtirpes.

XXII.

Quinam
liberi par-
tē faciunt,
vel non.

Quis mor-
tis tēpore
incapax.

Quis mor-
tis tēpore
capax.

Quia verò dictum eſt, legitimæ quantitatem variare pro libe-
rorum numero ideoque animadvertendum V I. quinam liberi par-
tem faciunt, quinam non? v. c. habet quis quatuor filios, quintus eſt
exheredatus, vel hæreticus, vel deportatus, vel legitimæ renuncia-
vit &c. An hoc caſu relinquendus ſit ſemis loco legitimæ an ſuffi-
ciat triens? Reſpondeo diſtinguendo. An tales ſint incapaces tem-
pore mortis parentum, an poſtea incapaces reddantur, ut priori ca-
ſu ſufficiat triens, poſteriori requiratur ſemis: Mortis enim tem-
pus inſpicitur, tam perſonarum detrahentium quam bonorum ra-
tione. Sunt verò mortis tempore incapaces, exheredati, deportati,
filia ob acceptam dotem ſtatuto excluſa, juramento renuncians, banniti,
hæretici, arrogati emancipati, in adoptionem aſcendenti dati, ſervi facti,
& ſimiles qui tales vivente patre facti ſunt, & hi partem omnino non
faciunt, ita ut hoc caſu ſufficiat trientem reliquiſſe. Cum enim
pro mortuis habeantur, ideo ut partem non faciunt ad minuen-
dam ita nec ad augendam legitimam. Contra verò mortis tempo-
re ſunt capaces, qui poſt obitum patris ſupradictorum quedam perpoſi-
ſunt, item renuncians, tempore excluſus, & ſimiles, qui quidem partem
faciunt, ita ut liberis omnibus ſemis ſit relinquendus, illam tamen
partem non ipſi accipiunt, ſed reliquis accreſcit.

Ex

XXIII,

Ex quibus supradictis elucescit, legitimam esse relinquendam sine onere, deberi demum mortuo patre, deducto prius omni are alieno & libertatibus, & ad minimum aliquid titulo Institutionis.

XXIV.

Eumque in finem introducta, ut à parentum injuria liberentur liberi, & ideo relinquenda ut legis dispositioni satisfiat.

XXV.

Servatur legitima per modum retentionis seu exceptionis si filius in possessione sit & conveniatur vel ab herede scripto vel à legatariis & similibus, sive filius heres institutus sit sive non, nam ex quibus causis habemus actionem ex iis multo magis habemus exceptionem: Quod si filius non est in possessione, tunc petenda est (quanquam enim legitima debeatur ipso jure, cum tamen ad privatam ejus cui debetur utilitatem spectet, ideo iudex eam non supplet nisi petatur, cum ut alii favori pro se introducto, ita & huic renunciari possit) & tum est vel solus institutus & gravatus ultra partem debitam, & nullam aliam actionem magis competere video, quam hereditatis petitionem, qua si nactus est universam hereditatem, tum se tuebitur exceptione contra injecta gravamina: vel est institutus cum alio, ex gravatâ vel minore parte, & aget conditione ad supplementum, vel etiam, prout casus acciderit, petitione hereditatis adversus tertios possessores, aut iudicio familiæ heriscundæ contra coheredes, & itidem ubi in possessionem venit, gravamina exceptione reiicit: Vel omnino non est heres institutus, & rescindit testamentum quoad institutionem per inofficiosi querelam, qua vindicabit ab herede universam hereditatem, si heres in hereditatis possessione sit, vel intetabit, tanquã ab intestato succedens, hereditatis petitionem contra tertios possessores: si institutus sit in re certâ, quin actio hypothecaria rei vindicatio, & personalis ex testamento ei cõpetat, non video. Operatur iudem legitima, jus accrescendi, evictionem, & similia.

De actio- nibus cõ- petetibus ob legiti- mam.

XXVI.

Obstat petendæ legitimæ, deportatio, in servitutem redactio, interdum minima capitis diminutio, renunciatio post mortem parentum, aut jurata, remissio quærelæ, agnitio voluntatis defuncti, legitima exhereditio, Præscriptio, & similia. Et tantum est, quantum de propositâ materiâ hac vice tractare mihi mens fuit. Deo

Cõtraria.

Opt.



Opt. Max. Trino & Uno gratias ago, qui vivit & regnat omnibus
ætatum seculis.

Coronidis loco & exercitii causa subiicio.

Venditorem desiderante emptore præcisè rem venditam cogi tradere.

*Præstantissimo Dn. Candidato Fautori
suo honorando.*

Quarta datur nato, cui contigit esse relicto,
Et fecisse suo debita iusta patri.
Nam Dominus, fruitur dum vitâ, est ipse bonorum;
Nec multùm à servo discrepat ille suo.
Cur tamen hæc tuas studiosè evertere leges
Niteris, & factis verba dedisse probas?
Nam quoniam Themidem attonitam ad terrena reduxti
Limina, quæ quondam deseruisse ferunt,
Non fat erat Divæ vultu comitante sereno
Pascier, annon res expetiisse nefas?

Au mesme.

TV dis, que quand le Pere a - abbaissé la teste,
Un chacun des enfans pourchasse son quartier:
Pourquoy donc r. amenant la solennelle feste
De Themis, ex veux tu pour tout estre heritier.

Honoris & amoris
ergò scripsi

Abrahamus Marconnet,
Montbelgardenis.

F I N I S.

ULB Halle
005 714 745


3



VD17







Farbkarte #13

B.I.G.

63.

x

Quod Deus benè vertat!

DISPUTATIO INAUGURALIS,
DE

LEGITIMA LIBERORUM,

QUAM
PRÆSIDE *1638, 1.*

Deo Optimo Maximo,
DÉCRETO & AUTHORITYTE,
Nobilissimi & Amplissimi JURISCONSUL-
TORUM Ordinis, in celeberrimâ Ar-
gentoratensium Universitate,
Pro summis in utroque jure consequendis Hono-
ribus, privilegiis & immunitatibus
DOCTORALIBUS,
Publico examini SOLENNITER
submitte
FRIDERICUS Deckherr/
Bipontino-Palatinus.
Ad diem 20. mensis Septembris,
hora locog. consuetis.
ARGENTORATI.
Typis JOHANNIS REPLI.
ANNO M. DC. XXXVIII.

